Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



REGVM·

fuiant infecti. Et occiditq; omne masculinum in ydumea. vi. enim mensibus morantis ibi ioab et omnis israhel donec interimerent omne masculinum in ydumea. fugit autem adad ipse et viri ydumei de suis pueris eius ire ut ingrederentur egyptum. Erat autem adad puer parvulus. Cumque surrexissent de madian venerunt in pharan. Tulerunt quoque secum viros de pharan. Et introierunt egyptum ad phaonem regem egypti. qui dedit ei domum et cibos constituit ei terram delegauit. Et invenit adad gratiam coram phaone valde. in tantum ut daret ei uxorem sororem uxoris suae germanam taphnes regine. Genuitque ei soror taphnes genebat filium. Et nutriuit eum taphnes in domo phaonis. Erat quoque genebath istans coram phaone. cum filius suus. Cumque audisset adad in egypto dormisse dauid cum patribus suis. et mortuum esse ioab principem militiae dixit phaoni. Dimitte me ut vadam in terram meam. Dixitque ei pharaon. Quia cum te apud me inteliges. ut quaeras ire in terram tuam. Et ille ait. Nulla est obsecro ut dimittas me. Suscitauit quoque deus ei adversarium razon filium eliada. qui fugat adadezer regem soba dominum suum. Et congregauit contra eum viros. et factus est princeps latronum. cum interficeret eos dauid abierunt que damascum et habitauerunt ibi. et constituerunt eum regem in damasco. Et ait adversarius israel cunctis diebus salomonis. Et hic est malum adad et odium contra israel. Regnauitque in syria. Jeroboam quoque filius nabath effrateus de sarda. servus salomonis. cui mater erat nomine serua. mulier viduua. levauit manum suam contra regem. Haec causa rebellionis adversus eum. quia salomon edificabat mello. et concludebat voragines ciuitatis dauid patris sui. Erat autem ieroboam vir fortis et potens. Vidensque salomon adolescentem bone indolis. industrium. et habebat eum pro eum sup tributa. universe domus ioseph. Factum est igitur tempore illo ut ieroboam egrederetur de hierusalem. et inuenit eum ahias silonites. propheta in via. operis pallio nouo. Erant autem duo tantum in agro. Apprehendensque ahias pallium suum nouum. quo opertus erat. scidit in xii partes. et ait ad ieroboam. Tolle tibi x. scissuras. Haec enim dicit dominus deus israel. Ecce ego scindo regnum de manu salomonis. et dabo tibi x. tribus. Porro una tribus remanebit ei. propter servum meum dauid. et hierusalem ciuitatem quam elegi de omnibus tribubus israel. eo quod dereliquerit me. et adorauit astarthen deam sydonorum. et chamos deum moab. et molch deum filiorum ammon. nec ambulauit in viis meis. ut faceret iustitiam coram me. et precepta mea et iudicia mea. sicut dauid pater eius. nec auferam omne regnum de manu eius. sed dux eum ponam eum cunctis diebus vitae suae. propter dauid servum meum quem elegi. qui custodiuit mandata mea et precepta mea. Auferam autem regnum de manu filii eius. et dabo tibi. x. tribus. filio autem eius tribuam una. ut remaneat lucerna dauid servo meo cunctis diebus coram me in hierusalem ciuitate quam elegi. ut esset nomen meum ibi. Te autem assumam. et regnabis super omnia quae desiderat anima tua. erisque super israel. Si igitur audieris omnia quae precipio tibi. et ambulaueris in viis meis. et feceris

meis.

feeis
p' rectū
est